

SCRIPTA

Numéro Scripta : 272

Auteur(s) : Guillaume Dastin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Mans, Saint-Pierre de La Couture (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1082-1074]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord conclu par l'intermédiaire de Richard, évêque d'Avranches, pour mettre fin aux réclamations portées sur l'église de Vezins, possession des moines de la Couture, par Guillaume Dastin et ses frères, Jacques et Gervais, et par Guillaume de Fléchet. Les frères Dastin abandonnent toute réclamation sur cette église et promettent de ne plus élever aucune revendication à son sujet. Guillaume Fléchet et son épouse agissent de même et reçoivent pour cet accord 60 sous ; ils cèdent en aumône 5 sous à Jacques Dastin.

L'accord est précédé d'une notice rapportant la donation de l'église de Vezins faite à l'abbaye de la Couture en 1082 par Gautier et Raoul Dastin.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Paris, BnF, ms. lat. 11832 (non folioté). Gallica

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instr. Eccl. Abr., n° IV, col.107-108.

Indications

Bouvrin Jean-Michel, *Pour une étude prosopographique des familles nobles d'importance moyenne en Normandie au XIe siècle* l'exemple du lignage des Dastin, *Revue de l'Avranchin et du pays de Granvillen*°59, 319, juin 1984, p.68-75

Texte établi d'après a

Commendare volumus memoriae posterorum, quod Wauterius et Radulphus Dastinus deprecatione domni abbatis Joheli fratris eorum, Deo et sancto Petro Culturae dederunt ecclesiam de Vezins et omnia ad eam pertinentia, scilicet decimam, sepulturam, et sex acras terrae et offerendas altaris, et quod presbyter de eis, hoc est de abbate et monachis teneat suam partem ecclesiae sicut a supradictis duobus fratribus Wauterio et Radulpho Dastino. Dederunt etiam decimam totius suae pecuniae quae decimatur, ovium, vaccarum, equarum, tam illarum equarum quas apud Vezins habent, quam ceterarum ubicumque habent in Normannia, vel in alia terra. Facta est autem haec donatio apud Traceium sub idoneis testibus, Willelmo de Traceio, Gisleberto nepote ejus, Burchardo praeposito, Rainaldo infante filio Rannulphi Avenelli, Hugone filio Herberti de Bosceio, Hugone de Tanut, Herberto de Mileio, Hagano de Villereio, Erenesio : de famulis abbatis Willelmo Triscanno, Willelmo de Belismo : affuit etiam Anfridus armiger Dastini, Ranulphus armiger Gauterii. Post tertium vero diem quo haec facta sunt, annuit

Willelmus de Biarz in capella castri, oscam unam terram quæ est juxta viridarium ad faciendam vineam sub his testibus, Normanno filio Garnerii, Joscelino, Hugone capellano. Annuit etiam idem Willelmus eodem die, et eodem in loco donum de Vezins, astantibus tribus præfatis testibus, et aliis multis. Hanc etiam donationem a supradictis militibus sanctam Michaël episcopus Abrincensis, de assensu Gisleberti archidiaconi sui Abrincis in ecclesia beati Andreae anno ab Incarnatione Domini 1082 approbavit, et auctoritate sua confirmavit. Cum autem longo tempore postea heredes supradictorum militum adversus continuam et diuturnam monachorum de Cultura possessionem super ecclesia de Vezins reclamassent, scilicet Willelmus d'Astin, et Jacobus et Gervasius fratres ejus et Willelmus de Flascheio, qui nomine uxoris suæ Haoys jus in ecclesia præscripta clamabat, et multas monachis et Roberto capellano eorum molestias et injurias irrogassent ; tandem in præsentia Richardi episcopi Abrincensis amicabilem inter eos compositionem intercessit in hunc modum Willelmus d'Astin et fratres ejus prædicti, jus quod in ecclesia et in ejus pertinentiis clamabant, ex integro dimiserunt, et in manu episcopi Abrincensis et monachorum de Cultura pro se et heredibus suis in perpetuum refutaverunt, fide corporaliter præstita, quod nihil penitus in ecclesia, vel ejus pertinentiis de cetero clamarent ; hoc etiam fecerunt Willelmus de Flascheio et uxor ejus Haoys, et acceptis pro hujusmodi pace ab abbate et monachis sexaginta solidis Cenomannensis monetæ, in manu episcopi, fide corporaliter interveniente, se pacem hanc perpetuo servaturos firmaverunt. Ceterum Jacobo d'Astin fratri et Willelmo d'Astin, abbas et monachi de Cultura concesserunt prædicti monachi in eleemosynam quinque solidos Cenomannensis monetæ, reddendos eis annuatim per manum prioris de Biarz, quousque in aliquo beneficio ecclesiastico ei providerent. Actum anno Dominicæ Incarnationis 1174 publice, Abrincensi episcopo præsentem, et compositionem supradictam auctoritate sua confirmante. Testibus Gisberto archidiacono et Rogero cantore, Willelmo thesaurario, et magistro Erneiso, et Willelmo Testardo, et magistro Ricardo, et Hugone Troisno, et Willelmo de Olivo : ex parte vero abbatis, Willelmo de Campo-forti priore de Byarz, et Guiardo secretario, et Gervasio de Roseyo, et Roberto sacerdote ejusdem ecclesiæ, et Willelmo sacerdote, et Roberto de Byarz, et Gautero de Chalandreio, et Radulpho de Fonteneio : et ex parte militum, Garino, Gastino et Godefrido, Palmerio, et Roberto Macrachro, et Willelmo de Verdamo Crasso, et Willelmo Normando : et de parochianis ejusdem villæ, Auberto Telario, et Ranulpho Avena, et Gautero Longo, et Gaudefrido de Jardino.